

D. ANTONII FERNANDEZ  
DE OTERO

I. C. CARRIONENSIS,  
OLIM IN PINTIANA ACADEMIA INSTITUTIONUM  
Civilium Cathedra Moderatoris; deinde in Pintiano Regio Senatu  
forensium causarum Patroni;

TRACTATUS  
DE PASCUIS  
ET  
JURE PASCENDI

PERUTILIS ET NECESSARIUS,  
*Omnibus in foro Iuridico Versantibus.*

Duplici Indice, Capitum scilicet, & Rerum Locupletatus.

EDITIO TERTIA,



LUGDUNI.

Sumptibus ANISSON & POSUEL.

M. D C C.  
CUM PERMISSU SUPERIORUM.



NOBILISSIMO, ERUDITISSIMO,  
AC PRÆSTANTISSIMO VIRO DOMINO,  
AC DOMINO SVO LICENTIATO

IOSEPHO GONZALEZ,

à Consiis Potentissimi, & Catholici Regis nostri Philippi IV. &  
in ejus Supremo Castellæ, & Camerali Senatu meritissimo  
Iustitiæ Patri, & Vindici integerrimo,

ANTONIUS FERNANDEZ DE OTERO V. I.  
Doctor, Cliens obsequenrissimus, dicat, & salutem,  
& sclicitatem exoptat.

**E**QUIS lucubrationum mearum specimen primum, pascuorum meorum fructum (si quis sit) Tibi, Nobilissime, Eruditissime, ac omni ex parte Præstantissime Mecenas, omni jure sacrari debere, non erit ratus? En jam arida, & inculta rusticitatis mea Pascua ista, Nomini tuo libata, eius aspirante rore, micant, & virentia florent. Et Tractatus iste (quem à me habere non valuit) à tua luce splendorem, accipiet, & quam optare potuit, à tua dignitate commendationem. Scopus mihi iste, à duplici prodit causa: à tuis meritis, ab officio meo. Latior uterque campus quàm ut hoc possit orationis cursu lustrari. Dicam igitur parva de magnis, pauca de plurimis explorata omnibus, mihi probata, qui loquor (verus testis est qui laudat expertus.) Quo etenim ad stemmatum nobilitatem, utique ex clarissima Gundisalvorum familia, ortus emitet tuus; ut merito Dominus Ioannes Gonçalez Veldeius charissimus filius tuus inter Patritios, & nobilitatis Heroes Equestris Ordinis Divi Jacobi in tenera admodum aetate, fulgente ense, & rubeo stigmatate fuerit insignitus, & felici auspicio cooptatus. Sed quid in hereditarii, & gentilitii sanguinis tui gloria decantanda cunctandam? cum propria virtutum tuarum nobilitas, Majorum tuorum generositati correspondens, & splendorem continuans, ita coruscet, & fulget: Ut enim canit Ovidius 3. Metamorph.

Nam genus, & proavos, & quæ non fecimus ipsi,  
Vix ea nostra voco.

Itaque cum verus nobilitatis splendor, juxta Philosophorum Principis placitum, in animi bonis resideat; nempe in operationibus secundum habitum virtutis, in vita perfecta præstantioribus, quis eam Te integrè assequi-



# DE PASCUIS, ET IVRE PASCENDI.

## CAPUT PRIMUM.

De Varia ac diversa Pascuis appellatio-  
ne, & quibus vocabulis ac nomi-  
bus significetur.

### SUMMARIUM.

- 1 Terminorum, sive aggerum, qui pastui pecorum deserviunt, proponuntur varia nomina.
- 2 Sylva quid sit? in genere exponitur.
- 3 Sylva duplex traditur species, alia cædua, alia pascua.
- 4 Sylva cædua que sit?
- 5 Referuntur Deditores qui de sylva cædua agunt.
- 6 Sylva cædua etiam Palaris vocatur.
- 7 Sylva Pascua, que sit.
- 8 Sylva Pascua etiam comprehendit Glandiarum.
- 9 Sylva Glandiaria, quandoque non dicitur pascua, sed cædua.
- 10 Saltus quid sit exponitur, & eius etymologia.
- 11 Saltus quare dicatur Astitivas, & Hybernus.
- 12 Saltus quandoque pro agro sumitur.
- 13 Saltuenses fundi qui dicantur?
- 14 Saltuenses coloni, qui sint?
- 15 Saltuarius locus, quis dicatur?
- 16 Pratum, quid sit? & eius etymologia ratio ostenditur.
- 17 Prati duplex differentia assignatur.
- 18 Pratum fuscaneorum aptius est feno, quam rignum.

- 19 Prati apud veteres magna fuit estimatio.
- 20 Prato prima, & potissima fuit attributa agricultura.
- 21 Pratum, an fundi appellatione veniat?
- 22 Excitus quid sit, & quare sic dicitur.
- 23 Defensa traditur qualitas, & significatio, secundum leges Regni.
- 24 Defensa quare sic dicitur.
- 25 Nemus quid sit, & quid comprehendat.
- 26 Pascui qualitas exponitur.

**T**ERMINORUM, sive aggerum, qui pastui pecorum deserviunt; varia sunt nomina, & vocabula, ut Sylva, saltus, pratum, nemus, & defensa; quæ cum in summa unius ferè rei sint significativa, in aliquo tamen diversam constituent speciem, ac peculiarem qualitatem demonstrant.

Sylva est quedam arborum congeries, quam nos vulgo, *bosque*, nominamus; teste, Rebuffo in l. *Sylva* 30. ff. de verborum significat. Et alia dicitur cædua, alia verò pascua, ut in dict. l. *Sylva*.

Cædua est, quæ frequenter cæditur, sive materiæ, causa sive lignorum, de qua non est noster sermo; sed de ea loquitur Capola de servitutibus rusticar. prædior. cap. 22. de montibus, num. 6. Azorvedo in l. 5. tit. 7. lib. 3. Recopilat. Molina de Hispanorum primogen. lib. 1. cap. 22. Ioann. García de expensis, cap. 11. Gutierrez de tutelis, 3. par. cap. 27.